



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ
Deuotæ**

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

De turpitudine peccati ex consideratione mortis corporeæ. Colloq. LXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

stem, ipsam puritatem ad nos ablegavit, qui precioso sanguine suo maculas culpasque omnes eluens, modo etiam non necessario in perditæ dignitatis ius ac possessionem miseros nos collocavit, Paradisum caelestem peperit, haud illum aliquanto terreno illo nobiliorem, & denique æternæ beatitudinis fruitionem, modo nostra non obstet sollicitudo & oscitantia quam prolixissimè appromisit.

De peccati deformitate ex consideratione mortis corporea.

COLLOQUIUM LXX.

FVERUNT ergo hæc opinor **THEOL.**
 tis hætenus ut intelligeremus hominem à Deo immortalium conditum fuisse non animæ tantum, sed etiam corporis ratione spectata: nihilque adeo peritissimum illum artificem omittere voluisse, quod ad aptam & convenientem partium duarum nobilissimarum confederationem requiri pertinereque posse videbatur. Vidimus quæadmodum sexceti homini
 mo-

modi suggesti fuerint, quibus vitam suam conseruare, & indies Dei imaginem pulchriorem speciosioremq̃ue efficere posset. Vidimus & euidenter declarauimus, omnia omnia illa quę à suprema bonitatis sapientiaque manu profecta sunt, melius prudentiusque constitui administrarique non potuisse: ostendimus denique hominem peccato noxaque sua illud effectum dedisse, vt priuilegio immortalitatis corpori suo donato exueretur, & turpissimo iniustissimoque Tyranno, mortis causę, peccato inquam, miserrimè subijceretur. Nunc quoniam illud itineris ingressi sumus, in quo delicta nostra reprehendere, turpitudinem peccati demonstrare, & quam detestabile istud sit indicare posse videamur, age coeptum continuemus, & telam quam exorti sumus felici radio pertexamus. Nam cum illud omnibus omnino hominibus constet, peccatum mortis progenitorem, mortem autem turpissimam foedissimamque esse, ecquid amabo, aliud dicere poterimus, quam paren-

parenti eam suo conformem simili-
lemque esse, & sicut effectum causæ
respondere? Author est familiæ ve-
stræ Antesignanus Aristoteles, ma-
lum à malo produci, & enorme ma-
lum, enormibus alijs malis in serui-
re progenerandis. Cera figuram si-
gilli sui repræsentat, effectus quali-
tati causarum respondet; itaque si
in sigillo bonum Genium artifex
sculpsit, eundem tibi cera exhibe-
bit, si Diabolum ei incidit, non a-
lium ab hoc tibi repræsentabit. Fa-
ciunt cum istis qui à Philosophia
vestra sunt; nam & effectum natu-
ram causæ suæ sequi exprimereque
aiunt, & non nisi bonam arborem,
bonos fructus, malum autem cor-
uum mala ova producere asseue-
rant: vnde quoque illud vero verius
est, videlicet causam qualitatibus
pluribus præditam esse, quam id
quod de ijs communicat & partici-
patur: ita ignis aqua calidior est,
quam feruificat; & sol multis pa-
rasangis lunam splendore antecel-
lit quam ipse illuminat atque col-
lustrat: adeo vt si effectus vnciam
boni-

*Arist. 1.
met. c. 4.*

*Arist. de
celo 3. c.*

*7. l. 2. post
c. 13. 1.*

*Rhet. c.
4. & 7.*

*Ferr. l. 2.
contra*

*gentes c.
23. l. 3. c.*

21.

*Arist. 3.
Eth. c. 6.*

bonitatis aut malitiæ in se conti-
neat, causa ipsa libram integram
conuenienter habere debere videat-
tur. Quibus plane efficitur, nihil ut
peccato foedius, nihil ut deformius
esse debeat, quippe quod abortum
longè post natos homines absurdissi-
mum spurcissimumq; effudit. Ve-
rum enim uerò potest ne reperiri al-
iquid, quod morte foedius defor-
miusque sit, præsertim ubi integri
corporis possessionem accepit, &
tantum vorare helluarique potest,
quãtum ad libidinem voluptatem-
que suam explendam satis esse arbi-
tratur? Certè morbi, vulnera, & ea
ferè omnia, quibus valetudo pro-
pera tollitur & labefactatur, ita vi-
res accidunt, formam corrumpunt,
speciem corporis immutant, vna ut
particula contenta, eaque epulan-
tes, corpus vniuersum non attingant:
verùm isthæc furibunda Bac-
cha, omnia exugit, omnia emungit,
omnia exhaurit, perdit, perit, extin-
guitque vniuersa, nec ante finem li-
bidini cupiditatiq; suæ nihil non
pessundandi imponit, quam excel-
lentis-

lentissimum illud ac multò quam
nobilissimum animæ immortalis æ-
dificium, funditus subuerterit, sub-
ruerit, atque delerit, ita vt sollici-
te scrutanti & inquirenti, nihil a-
liud, quam fimetum, quam sterqui-
linium, quam fæcus vermium, ap-
pareat atque occurrat. Verùm ex
quibus illa, amabo, sordibus con-
flata, ex quo pædore efficta & co-
agmentata est, si ex lepra, ex feбри-
bus, ex pestilentia, ex inedia, ex re-
bellione, ex hydropisi, ex toxico,
ex discordijs, ex tumultibus, ex se-
ditionibus, ex omnibus denique
ijs, quæ turpia, quæ abominanda
sunt, quæque natura ipsa auersa-
tur, efformata & compacta non
est? Iam ipsius auus diabolus est,
domicilium infernus, mater nox,
sorores tenebræ, & denique quid-
quid in hac via truculentum ac ter-
ribile habetur, id illi affinitate con-
sanguinitateque coniunctum est. Et
dubitabimus adhuc, & velut pa-
rum notoria sit, de peccati turpitu-
dine deformitateque ambigemus,
cuius

cuius profapia familiaque adeo
 monstrosa & horrenda est? Porro
 ita iam illius turpitudine confide-
 rata, & velut in certissimo suo spe-
 culo deformitate illius inspecta,
 quid superest aliud, quam vt illud
 detestemur, fugiamus, plus pauper-
 tate, plus exilio, plus tormentis,
 plus iniurijs, & morte denique ipsa
 vt foedius, vt monstrosius, execre-
 mur ac abominemur? Author est A-
 ristoteles capite 1. 2. 3. libro tertio
 Topicorum, ita naturam nostram
 factam esse ac constitutam, vt pul-
 chra appetat, turpia detestetur: &
 tanto plus, quo eminentiores res il-
 læ sunt, & qualitatis cuiuspiam no-
 bilioris illustriorisque compotes
 effectæ; quare considerata nobis ita
 iam nunc morte, & illo semel co-
 gnito nihil turpius peccato repe-
 riri, quod ex ea promanauit, no-
 strapte iam sponte illud etiam con-
 stituamus, nihil odiosius, nihil de-
 testabilius peccato debere reperiri.
 Atque hinc etiam illud prouenisse
 existimandum est, quod in omni æ-
 tate ac memoria hominum Sanctif-
 simi

*Peccati
 est omni
 malo de-
 formius.
 Arist. 3.
 ethic. c.
 6.
 Cap. 1. 2.
 3. Top. 1.
 Rhet.
 cap. 7.*

simi quique homines reperti sunt,
 qui potius mortem infinitis suppli-
 cijs & tormentis coniunctam subi-
 re maluerunt, quam semel tantum
 peccato mortali animas suas inqui-
 nare. Hinc Machabæorum filij ætate *Mach. 2.*
 iuvenes, animis & sapientia viris *7. 1.*
 etiam adultiores, in mille partes se-
 cari discindi que potuerunt, vnicum
 autem frustum carnis porcinae con-
 tra legem Dei vt comederent, à se
 impetrare non potuerunt. Hinc tres
 illi Hebræorum pueri, potius infor- *Dan. 3.*
 nacem ignis ingredi voluerunt, quã *23.*
 ad peccatum Idololatriæ, ad quod
 minis muneribusque incitabantur,
 accedere, animosque suos applica-
 re. Hinc Susanna in suo viridario à *Dan. 10.*
 duobus luxuriæ titionibus ac natis *11. 12. 13.*
 nequidquam precibus oppugnata,
 vt honorem suum & virginitatem
 libidini illorum posthaberet, inter
 malleum & incudem constituta &
 rogata, vt aut ignominiosissimam
 mortem accusata coram hominibus *Fortis*
 oppeteret, aut coram Deo peccato *Susanna*
 se obstringeret. Melius est, inquit, *delibera-*
tio.
 in vestras manus incidere, quam
 X semel

se nel corā Deo peccato animā suā obligare. Ergo nō modo mortē prætulisse, ne Deū offenderet, illam apparet, sed ignominiā mūdi etiā, quæ se penumero ipsa morte formidabilior est, antetulit atq; prælegit. Sapientiorē profecto illā & haud aliquāto fortiorē opinionē q̄ Romanæ illius Lucretiæ, quæ cōminationib⁹ Tarquiniij Regiæ proles expugnata, ignominia ac morti adulteriū præposuit, & postea conscientia stimulos & secretam infamiā non ferens, ferro sibi pectus aperuit, animamque foemineam eructavit. Liceat mihi per te hoc loco innumera alia exempla eorum præterire, qui post mortem Domini nostri IESV Christi, exquisitissima crudelissimaque mortis genera perpeti maluerunt, quam semel mortale peccatum admittere, reapse illud omni morte tormentoque execrabilius multoque magis abominandum.

De Turpitudine peccati spectata a gravitate iræ diuina.

COLLOQVIUM LXXI.
VIDE

Liuius l.

7. dec. 1.

Plin. de

viris il-

lust.

Aug. de

Ciuitat.

Dei cap.

29.